

neque lucrum exinde collegit, aeternae incarcerationis poenam incurrit.

10. Sic etiam tu mi Christiane, quamvis non pecces, si tamen bonum opus fructu careas, cum reprobis a Deo rejiceris: fit, quod illicitis voluptatibus animam tuam non conquinques, fit, quod aliena non rapias, fit, quod vindictae studio vitae proximi tui non infidieris, fit, quod alienum thorum non violaveris, uno verbo, fit, quod nihil mali agas, Divinam legem non transgrediaris: si tamen animam tuam bonis operibus non exornes, infocunda arbor es, & vanae foliis nudi nominis Christiani superbis. Audi hac super re sententiam venerabilis Bedae in glossa (hic) *Arefcite Dominus arborem maledictam, ut homines hae videntes, suo audientes, magis intelligentes, sese Divinae condemnaudesse iudicio, sibi aliquo opere fructu de plausu tantum sibi, & regimento blandientur vitidantium foliorum.*

11. Vis, ut argumentum deo prosequar ex nomine Christiani, quod in Baptismo receperis? Christianus dicit imitatore Christi, adeoque necesse est, ut virtutes Domini pia imitatione amuletis. O quanto studio, quanta cum industria id fecerunt homines vere Christiani! S. Margaritha Regis Hungariae filia (Sanchez, Reg. Dei p. 70. c. 2.) ad exemplum Christi cupiebat a toto mundo despicere & contempni, dicere sepe solebat, utinam essem subulci filia, ut a nemine honorarer: fuit ulceribus plena, quae tamen studio non purgavit, ut omnibus esset nausea & horrori. Humilitatem Christi amulatus est S. Aegydius Atheniensis, (Speranz. punit. 21.) fuit regia stirpe & insuper miraculis claruit; cum ergo cellula illius quotidie a numero populi concursu frequentaretur, & omnibus esset admirationi, cellulam in interioem aeternum, procul ab omni hominum consortio transtulit. Jejunium & austeritatem Christi amulata est B. Maria Ogniacensis, quae a mense Septembris usque ad Pascha pane & aqua victitans, insuper corpus suum cilicibus, flagellis, aliisque cruciatibus sibiavit. Manifestissimum Christi amulatus est S. Christophorus Martyr; (Speranz. punit. 8.) quia Simonem presbitero alapa in faciem percussus non aliter vindicavit injuriam, quam dicendo: Va tibi si Christianus non essem! Patientiam Christi in doloribus amulatus est S. Paulus Eremita; (Sanchez p. 6. c. 8.) sanabat oleo omnes egrotos ad se venientes, suam tamen infirmitati oleum adhibere noluit, ne perderet meritum patientiae. Amorem inimicorum amulatus est P. Franciscus a Jesu, (Rossignol. em. 3. p. 72. vir. 32.) ille ut Christianis in Japonia spiritibus obsequium succurrere posset, in urbe Nangasaco, dissimulata persona, & castanea vendidit. Quondam sacerdoti agonizanti in navi operi ferens, cum a milite Lusitano quaereretur, quo pretio castanea venderet? cum caro nimis pretio eas haberet, a milite putare eum esse inaneipium alapa percussus est: sed suoniam statim alteram maxillam percutiendum obtulit, pro Christiano habitus, agnitique est.

Ejusmodi heroica virtutum facinora adeo Christianorum propria sunt, ut vel ipsi gentiles ac Turcae id perbene noverint. Cum S. Ludovicus Rex (Monach. cent. 5. c. 84.) amicus exercitu in Syria captivus detineretur, venit aliquando ad illum Saladinus Princeps Sarraecus, quasi vitae an vere in Christum passum ac crucifixum crederet? Credo aiebat Ludovicus! Ergo, subinfert Sarraecus, carceres & arumnas non agere ferre debes, quas salutes ad exemplum Dei tui. En mi Christiane, hoc est vere esse Christianum, crucem Christi ambabus manibus amplecti, ejusque virtutes, non solo nomine, sed moribus & vita imitari; hinc ipse Christus Dominus solemniter pronuntiavit, (Matth. 10.) *Qui non tollit crucem suam & sequitur me, non potest me digni. Vis, mi Christiane, ut hanc veritatem ulterius corroborem ex ipso nomine, quod in Baptismo receperis? Scis utique, quod nuper explicavi, in Baptismo baptizatus imponitur nomen alicujus Sancti; cautela hujus rei est nulla, nisi ut baptizatus virtutibus & bonis operibus hunc Sanctum, cuius nomen gerit, imitari fudeat. O quanto ferore homines Sancti conati sunt id quod nomine suo praefecerunt, opera adimplete. Sanctus Confessor Doualdus, opera vi nominis in Baptismo accepti intelligebat, omnia, quaequom homo possidet, a benigna Divinae manus liberalitate profusere, ideoque quocumque nominis sui recordatus est, Divinam erga se bonitatem, ac benevolentiam cum profundissimo humilitatis actu laudavit. (S. Venidien. p. 1. in Festo Annunt. B. V. Mariae.) S. Episcopus Carthagenensis, cui nomen erat Desgratias, recordatione nominis sui semper motus est, ut in omnibus cogitationibus, verbis, & operibus pro innumeris Divinae largitatis beneficiis omni momento immanitas Deo gratias ageret. S. Episcopus Neapolitanus, cui nomen erat, quod vult Deus, per nomen tuum ad tantam in adversis patientiam estimulatus est, ut in persecutionibus & amaris, in fame & siti, in morbis & afflictionibus nihil aliud cogitaverit, nihil aliud dixerit, nisi id, vult id, quod vult Deus. Taceo alios, qui eum nomine sibi imposito aulam sumperunt, magnum in virtutibus progressum faciendi. Ob hanc eandem rationem mi Christiane, tibi in Baptismo nomenclaturam Sancti imponitur, ut illius virtutum vestigiis infiditas. Vocaris Petrus, imitare hujus Sancti victicam in fide constantiam; vocaris Joannes, imitare hujus Sancti Angelicam castitatem; vocaris Andreas, imitare hujus Sancti admirandum patientiam & erucem tolerandi desiderium; vocaris Jacobus, imitare hujus Sancti miram inimicis ignoscendi & pro his apud Deum veniam deprecandi virtutem; vocaris Philippus, imitare hujus Sancti ardentissimum animatum zelum, & obtundendam in adversis fortitudinem. Verbo, Sancti, cuius nomen in Baptismo accepisti, vitam, tanquam regulam in omnibus tuis actionibus tibi per oculis ponas, prout nuper explicatum est.*

12. Epilogus. Christiana Anima! considera ex his obligationem tuam, quae tibi in collatione Baptismi imposta fuit: promissisti Deo fidelitatem, diabolo tuam cum omnibus pompis & operibus ejus abrenunciasti, tu qui prius eras filius diaboli, per Baptismum adoptatus es in Filium Dei: jam cogita, quid sis, & Divinae confors factus nature (inquit S. Leo Papa serm. 1. de nativitate) *noli in veterem vilitatem degeneri conversatione redire.* Filius Dei, non alicujus Principis terreni, sed ipsius Dei, ergo altiores concipe de te cogitationes. *Princeps es, qui sum dignus Principe cogitasti.* (Ista 32.) Sic ut filius Principis non cogitatos agros falcare aratro, ita te mi Christiane illicitas terrenae cupiditatis illecebras, quae opera sunt gentium, affectare pudeat: age! spiritibus mentis tuae alis ad altiora, ad caelestia, ad aeterna evola! Amen.

In Festo Ascensionis D. N. Jesu Christi.

CONCEPTUS XVII.

De triplici hoste, contra quem roboratur Sacramentum Confirmationis.

Euntes in mundum univertum praedicate Evangelium omni creaturae. Marc. 16.

Infidias & bella in hac vita nobis movet triplex inimicus.

1. Cum Regum potentissimus familiares sibi aulicos, quorum opera & consilio haec tenus domi ad gerenda regimini negotia usus est, subito arma arripere jubet, coeque in omnes regni partes dimittit, mandans, ut sine mora exercitum constare, copias ducere, urbes communire, & omnia ad bellum parare fatagerent. Si insuper promitteret, quod peritissimum totius regni Archi-Strategem illis praeficere velit, qui inducendis ordinibus, in expugnandis urbibus, in dispendiis aciebus, in proligandis hostibus non haberet sui similem: si, inquam, haec omnia Rex ageret, nemo non argueret infensissimum hostem in ipsis regni vicibus grassari, cui opprimendo vires omnes adhiberi deberent. Diligentissimi Christiani, quid est Ecclesia Catholica? est regnum mysticum Christi, quod suo sanguine sibi comparavit: quid sunt Apostoli? sunt Christi familiares ac domestici, sunt in opere Redemptionis illius consiliarii, sunt, prout illos compellat Ecclesia, in Hymn. de Comm. Apost. *caelestis aula milites, & belli triumphales Duces!* hos, Rex Regum hodie in omni orbis plagas, contra idololatram, haereticam, superstitionem, luxuriam, aliaque scelera paguaturus emittit: insuper hanc suam intercepti, quod Spiritum sanctum, tanquam supremum totius belli ductorem illis adjungere velit: *Mittam vobis Spiritum Veritatis!* (Joan. 15.) denique ut militantes caelesti virtute roboraret, SS. Confirmationis Sacramentum instituit. Quis non credat, infensissimum, nocentissimumque esse hostem, contra quem tam ope-

rosam expeditionem adornari necesse est? Et ita revera se res habet. Jam ab ipsa mundi origine ad hoc usque momentum rebellat in orbe infensissimus & perniciosissimus hostis, qui cum infidians, impugando, fallaciter blandiendo, pedicas & laqueos tendendo nunquam laesetur, innumerabiles animas, & haecenus permitit, & hodiecum perimit. Quis autem est ille hostis? Est infamissima illa trilas, mundus, caro, & demon, contra quorum potentiam & infidias per omnem vitam nobis decerrandum est. *Militia est vita hominis sicut exercitus!* ait S. Job: quare autem militia? Respondet S. Melchisedes Pontifex, in ep. ad Hiep. Episc. *quia tota vita inter insidiosos hostes gradiendum est.*

2. Propositio. Christiani mei! postquam materiam de Baptismo abolvimus, jam ulterius progredientes, praeliminariter perpendamus potentiam tergeminam hujus hostis, videlicet mundi, carnis, & demonis, confideremus deplorandas strages, ac certamina, quibus infensissimi hostes animas minus cautas irreparabiliter accouentum superarunt, & hodiecum luperant, atque ex his patebit necessitas, utilitas, & supernaturalis virtus Sacramenti Confirmationis, quod Christus Dominus contra triplicem hanc inimicum instituit, quodque communiter denotatur, quod sit Sacramentum, quo baptizatus ab Episcopo sub praescripta verborum formula in fronte unctus ex institutione Christi gratis augmentum, & robor accipit. Attendite! Favete!

S. I. Videlicet omnibus accipiendum.

3. Confirmatio. Primus itaque hostis, qui homini Christiano infidias fruat, eumque per fallacia principia a salutis sentia avocet, & in perniciem adducere fatagat, est falsissimus mundus, de quo Jacobus Apostolus c. 4. ait: *Quicquid volueris amicus esse hujus saeculi, inimicus Dei constituitur.* Nota, mi Christiane, partibus mundi, eoque falsis principis se addicere, idem est, ac pro inimico Dei se declarare. Quenam autem sunt haec fallacia principia? sunt illa, quibus res transitorias super aeterna extollit: sunt illa, quibus iustorum simplicitem desiderat, & impugnat astutiam laudat: sunt illa, quibus pauperes & afflictos contempit, divites autem & potentes beatos dicit: sunt illa, quibus per altam viam quam sancti haecenus triverunt, in caelum perveniri posse depradicit: sunt illa, quibus putat ita ferre posse Deo, ut non ostendatur diabolus: sunt illa, quibus non rationis ductum, sed mores & exempla sequitur: sunt illa, quibus vita nomine virtutum palliatur, & adulatore urbanum, vindictae cupidum generosum, prodigum liberalem, lascivum ingeniosum, & modestum melancholicum vocat: sunt denique illa, quibus omnia, ad rationem status, & respectus humani dictamina componit. O quam innumera peccata infensissimi hostis falsis huius principis causat, quam innumeratas animas misere deceptas in perniciem trahit! Lubet unum vel alterum paradigma audire?



4. Postquam Romanus Praefor Pilatus Christum Dominum injustissima sententia ad mortem condemnavit, causam mortis in apice crucis suis verbis affixit: *Jesus Nazarenus Rex Judaeorum.* (Joann. 19.) Indignati Pharisei contra hunc titulum protestari, rogareque Pilatum coeperunt, ut illum aboleret: restitit iudex, inquit, quod scripti scripsi, nec unquam, quidquid illi contra moverent, ab hac animi firmitate recessit. Laudo constantiam! Verum videmus quid paulo ante contigerit! Pilatus innocentiam Christi ex multis argumentis cognovit strenue defendit, nunquam non movit lapidem, ut illum, quem ex invidia traditum fuisse sciebat, e manibus Judaeorum eriperet. At vero cum illi instantius urgere, & interpositis etiam minis Barabbam ad libertatem, Christum ad crucem exposcere pergebant, cessit importunitati. Quare jam Sanctus Bernardus Senensis, cur Pilatus quando agebatur de abolitione tituli fuerit inesorabilis, & non ita constans fuerit, quando agebatur de morte Christi? *Admiratio magna suspicimus, quod Pilatus non denegavit Judaeis Christi mortem, & tamen tunc tituli denegat abolitionem,* serm. 71. de Pass. Quae causa commovit iniquum iudicem, ut hic & non ibi consentiret? Nimirum causa fuit respectus humanus; cum enim Judaei cernerent, se sanguinario suo clamore nihil efficere, & Pilatum totum in dimissionem Christi propendere, minari & vociferari coeperunt: *Si hunc dimittis, non es amicus Caesaris.* In respectu Caesaris extorfit consentium in rem injustissimam! maluit Pilatus Christum, quam Principis amicitiam perdere, & quoniam ejusmodi minae tunc non adjugebantur, cum agebatur de abolitione tituli, Graecis, sive & immobiliter permanit. O munde immande, quot injustos consensibus hac arte expugnas! quot viduas opprimuntur! quot pupilli expeculantur! quot familiae ad incitas rediguntur! quot cauae iustissimae ereruntur! Sola hac vox: Non es amicus hujus vel illius, oh quoties causa fuit, & hodieum est, quod columbae cum corvis erocitit, quod agni cum lapis ululit, quod Virgo cum procis contpiret, & millena peccata committantur, non sine innumerabilium animarum ruina. Respectus humanus est potentissimus gladius, quo mundus animas perimit, & millena peccata causat! Pergamus ad alia!

## §. II. Caro blanditendo.

5. Alter capitalis inimicus, qui hominem diu noctaque infestat, eumque a salutis semita ad scelera, ipsaque perniciem avocare laborat, est concupiscentia carnis, hostis ex duplici capite periculosissimus, quia blanditibus agit, & quia domesticus est, ipsaque congenitas passionibus, tanquam suos Inimicos contra nos in aciem educit. Isti satellites a nobis quidem

oppugnari, nunquam autem expugnari possunt: credite mihi, ait S. Bernardus ap. Spera. punct. 108. de his vitis ac praeliis, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccendantur extincta. Quantumcumque homo in virtute profecerit, errat tamen, si putat vitas esse emortuas, & non magis suppressa. Oh quam laetulo clamore contra hos satellites iustissimus Rex David imploravit Dei auxilium! *Miserere mei Deus, quoniam conculeavit me homo, (Psalm. 57.)* nimirum vetus homo cum concupiscentiis suis, quem miser Rex jam semel deceptus exuere non poterat. *Tota ille impugnavit tribulatio mei id est, five vellem manducare aut bibere, five vellem vigilare aut dormire, five vellem orare aut laborare, semper domesticus hostis irrequeitis phantasmis mihi molestus erat.* Multi bellantes aduersum me! nimirum bellantes ad intra, bellantes ad extra, ad intra sunt passionibus & cupiditatibus, ad extra sunt corporis sensus, quibus mediandibus per vestimenta sumptuosa, per delicatum esum & potum, per conuersiones periculosas, per blanda colloquia, per picturas obscenas, per comediae & libros lascivos interni hostis potentia nutritur & augmentatur. O Bone Deus! quot arces per longam obidionem expugnat, quot lapides asiduo stititio excavati, quot gigantes continuo hoc praelio ad terram prostrati sunt! certe S. Martiniani, Victorini, Joannis Guarini & aliorum turpiter prostratorum historia tam laetulae sunt, ut pigeat illas repetere.

6. Quare hic quasi incidenter, cur optimus maximus Deus, qui laetuosus has strages, & tot animarum ruinas ab aeterno praevidit, insensissimum hunc hostem, id est concupiscentiam non in ipso Baptismi lavacro cum peccato originali, a quo ortum trahit, extinxerit, cum fere in modum, quo Rex Pharaon cum omni Aegyptiorum exercitu in mari rubro submersus est? Respondeo, potuisset sine dubio benignissimus Deus concupiscentiam unum cum peccato originali extinguere, noluit tamen; primo ut homo, prout loquitur Novaricus, in delect. Div. Amor. n. 161. ex fua infirmitate humiliter discat. Dein ait Nierembergus, in Theopol. p. 1. lib. 1. c. 9. ut per singulas inimicæ concupiscentiae victorias habeat occasionem augendi merita. Denique ait S. Thomas, p. 3. q. 69. a. 3. in C. ut homo otio & desidia non torpefeat, sed tanquam miles Christi semper spirituali praelio exercitetur. *Hic est conveniens,* ait S. Augustinus, l. 1. de Bapt. Provid. c. 39. propter spiritualis exercitium. Et Bernardus, serm. 64. in Cant. Non datur corona sine triumpho, non triumphus sine praelio, non praelium sine hoste: *Quomodo certabimur, si desit, qui impugnet.* Ingreduamur Scripuras! Dominus Deus multos Israelitis praestantissimam terram Chanaan, quae ex de causa terra promissionis dicitur, inhabitandam promissit, Retique adeo fuis promissis ut ajat Josue: *Dei Dominus Israelis illi totam terram.* Non itatis capio hoc aucterium!

Ignosce generosissime Dux! Nonne tuis adhuc, & postoritur temporibus prater Israelitas inimicæ gentes in regione Chanaan remanserunt, quarum rebelliones sub regimine Judicum iteratis praeliis debebant compelli? Verissimum hoc est, ita ut barbaræ nationes usque ad tempora Davidis superferunt: *Habitavit Jelsus cum filiis Beniamin in Hierosalem usque in presentem diem.* Quia ratione ergo affirmat Josue, totam terram fuisse Israeli traditam? cur non ait, Israel, partem illius regionis obtinuisse? Absit hoc dicere! ait S. Augustinus! Deus dedit Israeli totam terram, non tamen aequali modo; partem enim unam pacifice inhabitandam, partem alteram armis occupandam tradidit, adeoque, verba sunt Hippocrenae Praefulsi, *illa pars, quae novum sacra data in possessionem, jam data fuerat in quamdam exercitiationem militiam.* L. 21. in Josue. En mihi Christiane, haec eadem ratio est, cur Dominus Deus concupiscentiam in Sacramento Baptismi non extinxerit, videlicet, ut homo Christianus inimicum contra quem pugnet, & continuum habeat spiritualis belli exercitacionem, consequenter per iteratas victorias palmam palmarum, & insignem gloriae coronam in caelis adipisciqueat. O si concupiscentiae pugna deesset, minor esset & neutiquam admirabilis Ss. Virgini triumphus! Veram eheu! subest periculum, ne vincat & peccet! Esto quod subit tu ne cede malis; sed contra audenter ito! non deest tibi gratia, quae adjuvet pugnantem, non desunt arma, quia sunt fuga occasio, mortificatio passionum internarum, & refractio sensuum externorum. *Ponat Vir gladium super femur suum;* ita quondam Moyses (Ex. 31.) hortatus est Levitas ad puniendos idololatrias, ubi S. Ambrosius ep. ad Romul. Ille est verus Levita, qui carnem ac passionem & vitorum corpus interimit; ut servet animam. *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.* (Jer. 48.) Ubi Idorus Clarius, apud Spera. punct. 108. gladius stringendus erat, ut eliminetur & devalentur Moabitæ; & qui hoc negotium negligenter agebant, maledicebantur.

## §. III. Es demon sciendo.

7. Tertius denique capitalis inimicus, qui homini Christiano diu noctaque infundat, est ille ipse, contra quem monet S. Petrus: *Parati sitis esse & vigilare, quia adversarius vester diabolus, & tanquam leo rugiens, quaerens quem devoret.* (1. Pet. 2.) Arma autem, quibus juratissimus hostis contra nos pugnat, sunt crudelitas, & astutia. Crudelitas quidem, quia postquam Dominus Deus in vacuum rebellium angelorum sedes hominum fideliter sibi servientium animas assumeret decrevit, irconciliabili odio, & invidia adversus nos ardet, ita, ut si pene ipsum foret, sicut Pharaon populum Israeliticum, ita demon omne humanum genus extirparet; sicut Israelitæ tribum Benjamin, ita

demon omnes homines excinderet: sicut Nabuchodonosor tres pueros in fornacem, ita demon omnes animas in infernum praecipitaret; sicut angelus extirpator exercitum Senacherib, ita demon mortales omnes interecina strage deleret: sicut Titus & Vespasianus urbem Hierusalem, ita demon totum mundum destrueret; sicut terra hiatus Dathan & Abiron absorpsit, ita demon humanas animas omnes in inferni faucibus peliret. Perulatremas sacram Scripturam, videamurque cum huic animarum latroni in homines concessa esse potestas, quam horrenda ediderit sui rancoris, & crudelitatis indicia! quis protopraetere ad perniciosam, & totum humano generi exitialem Legem Divinam transgressionem commovit? Infernalis inimicus sub specie serpentis! Quis septem maritos piensissimae Saræ non sine immenso illius lactu immisericorditer jugulavit? Infernalis inimicus! Quis populum Israel venenosae lue, & ignitis serpentibus infestavit? Infernalis inimicus! Quis patientissimum Job divitiis & prolibus orbatum extrema paupertate, & virulentis ulceribus afflixit? Infernalis inimicus! Quis Regem Saul ad insaniam redegit? Quis hominem lunaticum modo in ignem, modo in aquam rapuit? Quis Judaeos ad condemnandum Christum extimulavit? Nemo alius nisi ille ipse inimicus, qui diu noctaque nulli labori, nullique induritia parcat, ut homini tam corpore, quam anima tenus noceret, hinc tragice id genus histore in singulos fere dies audiuntur, nunc in lecto sopitum, suffocatum esse, alterum noctu a recto tramite abreptum, & praecipitio collisum esse, tertium cum equo sub theda collapsum cervicem fregisse, & quae sunt alia id genus; certe malum damocem horum infortuniorum, tritimum eventuum plerumque auctorem esse, testis est urbs Moguntina, de qua referunt chronistæ, quod diabolus illam tribus omnino annis fame, peste, & sterilitate exaverit: testis esse potest urbs Constantinopolitana, de qua perhibet Sigebertus, quod diabolus sub forma Veuulae tertiam illius partem horribiliter incendio in cineres redegerit: testis esse potest urbs Ephesus, de qua enarrat Philo, quod diabolus illam pestifera lue infectam fere ad vastitatem redegerit. Vae nobis miseris, si Dominus Deus infernalis belluz in nos savientia permittat potestatem!

8. Neque solum crudelitate, sed & astutia contra nos agit insensissimus hostis; hunc in finem, ut nobis nocent, mille formas, mille figuras induit: (Martinijs Zeller. *Uebertrag. Hiflor. 2.*) Abbati Roberto ut Rusticus, Macario ut melior, Gallo ut ursus, Cornelio Agrippae ut canis, Romulo ut corvus, Hilarijoni ut vulpes, Margaritae Virgini ut draco, Dunitano ut Veuula, Juliane ut Angelus lucis, & Martino ut Christus ipse apparuit! Heu! quantum nocuit juveni ille Monacho, (Spera. *Script. select. p. 35.*) quem sub specie Abbatis Monasterii decepti! dedit illi licentiam



nam ad sumendam Sacram Synaxin exeundi e cellis. Extens ille incidit in juvenem quondam in saculo notum, qui ei narrabat, Patrem illius vita sanctum fuisse, & ipsum multorum bonorum heredem fuisse. Moaachus his auditis honorum temporalium desiderio inescari cepit, & sub pretextu distribuenda elemosinarum valedictio Monasterio ad saculam rediit. En quamversipellis fitidam in nostra documenta!

9. Inter omnes autem accendi artes non habet periculosiorem, sibi que magis familiaris, quam quod hominem occasioni, & occasione homini obrudat. O Bone Deus! quis satis explicet, quot quantumque fecerunt mala occasio fuerit, & quotidie sit fons & origo! Ad oras Guinez Insule (E. Cavellus sup. Epiop. c. 4.) sub linea equinoctiali aduat intensissimus aeris calor, qui sol meridionalis columnaliter super stans directis radiis omnem illum regionem adurit. Hinc calori ferendo nemo hominum par est, nisi qui ibi nati, educatique sunt: Lustant nihilominus hac regionem quondam pervagare ausi, sperant, se citatis navibus incolumes transire: Verum spe sua decepti fuere, quippe contrario vento diutius opinione sua dentis, omnes quadringenti, qui navim occupabant, exceptis solimmodo quinque astu perierunt. Calidissima huic regioni non inepte malum occasionem comparavero, e quadringentis enim, qui illum ingredi presumpserunt, vix quinque, & ne hi quidem sine peccato evadent. Expertus est David, curioso oculo Bethabiam intuitus: expertus est Salomon inter mulieres alienigenas familiariter conversatus: expertus est Samson ad blandicias Dalie nimis credulus: expertus est Petrus, in atrium Pontificis inter feceleratos ingressus: experti sunt mille alii, ita ut fere ausum dicere, a mundo condito nullum fuisse peccatum, quod non obstruente mala occasione sit genitum. Neque dicas: nil minus cogito quam peccare, mallem mori quam Deum offendere! quantumvis enim firmiter hanc sancta proposita conceperis, in occasione totus alius eris! Phariseorum oculos invidia liventes dum Christi sanctitas, doctrinae soliditas, & miraculorum magnitudo exerceverat, nihil minus incho confilio decreverunt, quod in reverentiam imminentes festi violentas manus abstinere velint: Non in die festo, ne forte sumisus fieret in populo. (Mat. 26.) Verum ecce! ea ipse dies e collegio Apostolorum veiat ad principes sacerdotum Judas proditor, qui illis Magistram suam venalem obtulit: Quid vultis mihi dare? Quid illi letabundi ambabus manibus arripuerunt hanc occasionem, constituerunt ei triginta argenteos, auditoque quod Dominus in hostio Getsemani orationi vacaret sine motu miserunt illic militum turmam, captivum duxerunt Dominum, eumque variis tormentis affectum ad mortem crucis condemnarunt. Sed quando hac facta sunt? Circa solennitatem Paschalem, dicente S. Joanne 1. 19. Erat autem pariter. At nunquid paulo ante in suo concilio statuerunt,

quod sanguinarium facinus non velint in die festo executioni dare? Non in die festo? cur ergo animum mutant? cur Christum crucifixum in ipsa solennitate Paschali? Respondet S. Chryostomus hic in Matth. 26. Quamquam ita statuerunt, non tamen exspectaverunt, sed locum occasionem rapuerunt. En! tam malignam violentiam habet mala occasio, ut hominem faciat velle, quod paulo ante noluit, & in facinus consensit, a quo paulo ante abhorruit. Hinc insidiosissimum demon non habet validiora arma prosterendi hominem, quam pravam occasionem: victor evadit, dummodo homini persuadeat aditum occasionis, &c.

Contra quos Christus instituit Sacramentum Confirmationis.

10. Epilogus. Jam ex his omnibus, quae hactenus de triplici hoc, eoque insensibilis hoste disputata sunt, perpende, mi Christiane, ac bene animo imprime, quam multiplicia, quam quotidiana, & innumera in hac vita mortali sunt pericula! nunquam gressum fugere, quia de laqueis & loveis securus sis! nullum momentum vivere, quod non a mundo, carne & demone oppugneris! semper in insidiis, semper in tentationibus, semper in aeterna damnationis discrimine versari, & quanta miseria, & quam luctuosa calamitas! Verum respira. spem cape immensam! quia ad dehollandam hanc ipsam hostium triadem Benevolentissimus Deus S. Confirmationis Sacramentum instituit: Homo Christianus hos Sacramento munus a S. Guilelmo de Sacram. Confessio. vocatur: Rex ad primum salutem. O si infirmus homo ab hoc sanctissimo insisterio non haberet auxilium & munimen, non foret salva omnis caro! Quis, quomodo S. hoc Sacramentum contra triplicem hunc hostem confortet? Habe patientiam, id proxime explicandum veniet, &c. &c.

In Festo S. Joannis Baptiste.

CONCEPTUS XIX.

De Magnitudine S. Joannis in vita, in morte, & post mortem.

Erit magus coram Domino. Luc. 1.

S. Joannes pro omnibus sanctis, sicut Magnus coram Domino.

1. Cum oculos ad beatam caeli patriam convertero, video ibi innumerae Apostolos, Martyres, Confessores, Virgines, Sanctos, & Sanctas, qui posthac vitam laboriose peractam cum suo capite Christo Domino aeternaliter regnant, & latant! Quid non fecerunt Apostoli? post missionem sancti Spiritus in fame & siti, in aestu & frigore, in paupertate & persecutioibus totum orbem peragrarunt, Christum Crucifixum predi-

praedicarunt, delubra destruxerunt, demones expulerunt, & destructo inferni regno innumerae animas caelo lucrati sunt. Quid fecerunt sancti Martyres coram mundo abjecti, despecti, pro stultis habiti, in exilia expulsi, lapidati sunt, secti sunt, incarcerationi sunt, fastibus & colaphis casti sunt, in occisione gladii, in patibulis, in rogis mortui sunt, tanta constantia, ut laterentur, quod digni habiti sunt pro nomine IESU contumeliam pati. Quid fecerunt sancti Confessores? in eremis & solitudinibus contra infernales potestates pugnarunt, corpus vigiliis, jejuniis, cilicis horrendum macerarunt, diu, nocteque Divinis orationibus, & contemplationibus vacarunt. Quid fecerunt denique pro caelo sanctae Virgines? Valedicto mundo, desertis parentibus ac amicis, relicta rebus & spebus, intra quatuordecim dies se concluderunt, aequo orando, jejuando, peccata desendo, passionem edomando totam vitam tempus consecrarunt. Verbo: sancti celites ad nostrae tepiditatis erubescuntiam una die plus laborarunt pro caelo, quam nos integro anno: & tamen non lego, quod ex tot millibus annis gloriosum titulum Magni recitari fecit S. Joannes Baptista: Erit Magnus coram Domino! (Luc. 1.) Ex quo concludatur est, quod quia veteris testamenti coronis, & novi auspiciis fuit, omnem sanctitatem Apostolorum, Martyrum, Confessorum, & Virginum tam veteris, quam novi testamenti vel in se concludere, vel superari. Quod admirari dignius est, non dicitur simpliciter magus, sed Magnus coram Domino. Si humile dumetum de sublimitate cedrum laudet, non est fingulare praecipuum, sed si vicifim cedrus haec ipsam laudem dumeto attribueret, id enim vero admirandum esset. Parem in modum, quod Judaei, Scribae, Pharisei, & Gentiles, ac totus mundus de Joanne sublime quid sentiant, suspicantes eum esse redivivum Eliam, aut calius missum Salvatorem, parum est, sed quod ipse Deus infansit bonitatis abyssus, cuius magnitudo non est finis, hoc praedicatum Magni ex Angeli elogio Joanni proprium fuerit, id enim vero sanctitatis ac meritum magnitudinem denotat obstupescendam.

2. Proposio. Vultis, Dilectissimi ut de hac Joannis magnitudine plura vobiscum differam? Faciam id praesenti sermone, ostendens quanta fuerit gloriosi Joannis magnitudo: Et ut ordinem teneamus, prima parte declarabo, quam Magnus fuerit Joannes in vita: altera, quam Magnus in morte: tertia, quam Magnus post mortem! Hac triplex enim divisio repraesentatur per picturam in fornice hujus recens edificata, & post Deum honori S. Joannis Baptiste consecratae facelli. Et quem in finem ista differam? ut ex Magnitudine Gloriosi nostri patroni pamulam nostram parvitate agnoscere discamus. Favete.

§. I. Et quidem Magnus in Vita.

3. Confirmatio. Joannes Magnus in vita! Tempore, quo crudelis Herodes, (Nesth. l. 1. c. 14.)

ut Christum, quem regni sui successorem metuebat, tolleret, per omnes Judaeorum infantulos trucidabat; sanctam Elisabetham filium suum Joannem, adhuc bimulum in aereum duxit, ubi procul ab omni hominum confortio remotus, ab Angelis educatus, ab Angelis nutritus, ab Angelis in scripturis eruditus, ab Angelis denique celestia edocuit fuit. (Ezch. 4. 9.) Quia tunc ex continuo Angelorum confortio adeo vita, & moribus in Angelum migravit, ut Christus ipse edixerit: Ecco ego mitto Angelum meum, qui praeparabit viam tuam ante te. (Mat. 3. 1.) Quare autem Joannes vocatur Angelus? Non adeo quia talis revera fuit natura, pro ut omni Judaei, & ipse etiam Origenes toto. In Joann. somniant: sed ideo quia fuit supremi Dei ac hominum legatus; ideo, quia infansiam tenere non habuit, sed cum perfecto usque rationis Christum in utero Matris agnium adoravit, & pro gaudio exultavit. Ideo, quia parcissimus, & serenus cibo & potu iustarum Angelorum adeo vixit, ut ajat Basiliscus homo de jejun. totam vitam Joannis fuisse continuum quoddam jejunium. Ideo, quia castissimus, ac temper virgo permansit, iuxta illud Athanasii lib. de Virginit. sub fine Virginitas est Angelorum vita. Ideo, qui gratiam acceptam nullum unquam peccato perdidit, dicente Chryloto Homil. 38. in Matth. Joannes in terra quasi in caelo versabatur. Quibus doctus tantum meritorum, ac sanctitatis sublimitatem confectus est, ut emittit Auctor Operis imperfecti Hom. 27. in humana natura Angelicam sanctitatem transgressus esset. 4. Sed quid ejus dignitatem, & non potius officium respicio, premeas illa verba: qui praeparabit viam tuam ante te? Quomodo ergo Joannes praeparavit viam salutis? sacra praedicatione! quamprimum enim adolevit, in confinis Jordanis, tanquam vox clamantis in deserto Domini adventum & Baptismum poenitentiae annuntiare cepit: hoc duplex erat illius manus! Primo illo adventus Domini et aucto contrerit demones! Quomodo modum tubi, cum raucis sonitu praesertim adventum hostium annuntiat, inimicorum castris terrorem incutit, ita, ut omnes arreptis non sine conlatione armis ad pugnam sese praeparant: ita cum infernalis potestas, quae tunc temporis universum orbem luxuriae & idololatrie vitis occupabat, clamorem Joannis adventum Domini praenunciatis inaudiret, corruere, & suo regno male metere cepit. Altero nuncio poenitentiae contrerit, & exasperavit homines. Quomodo modum leo, cum venatorum insidias advertens vitae catulos suos securo fopore indormiscere, excitandis illis horribilem rugitus edit: ita homines avaritiae, invidia, intemperantiae, alisque fecleribus consopiti, cum S. Praecursores de poenitentia terribiliter rugientem audierunt, arreptis auribus obstupefecere, & salutis negotium vigilantibus quam humiliter, curare ceperunt. Hinc omnis circue circa Regio, & Jerusalem universi in innumeraibili multitudine egressi sunt, quibus ille iuxta divinitatem status ac conditionis celestia vita



documenta dedit: Nobiles admonuit dicens: Non ideo vos Deus populorum primipulos ac rectores constituit, ut luxum & luxuriam spiritibus, otio, luxu, venatione, commestationibus, oppressioni subditorum, & nugis nugarum vacetis, sed ut pauperibus solatio, & omni populo bonis exemplis præstetis. Milites admonuit dicens: non est vestrum rapere, furari, amicos emungere, crumenam saginare, patriam prode, cum inimicis colludere, juramenta crepare, & tyrannos agere, sed Dominum e jusque jura fortiter, fideliterque usque ad sanguinem, mortemque defendere. Judæos admonuit dicens: Nolite inani credulitate vobis blandiri, sufficere ad salutem, quod templum Domini & Patrem Abraham habeatis: non est ita; nisi operibus mensuram nominis impleatis, jam securus ad radicem posita est. Parentes admonuit dicens: non ideo vos Deus in statu conjugii collocavit, ut comedatis, ut bibatis, ut bona temporalia affluenter corrodatis, sed ut familiam & liberos in timore & amore Domini pie educatis, virtutem promovete, & vitium abrogare studeatis. Filios familias admonuit dicens: non vobis conventit pigritari, herere, vagari, ludere, componere, saltare, procurrere, & nocte vagari, sed sub obedientia Parentum Deo servire, & labori aut artificio pro reliqua vita assuescere. Pra cæteris autem in Phariseos & Sadduceos pessimos peccatores acriter invehens exclamavit: *Progenies viperarum, quis demonstraverit vobis fugere a ventura ira?* (Matth. 23.) quasi diceret, miserama pecora vos veneno turgetis malitia, & virulento aculeo Deum ipsam congenites in vestra cordis obtinuatione perleveratis, quis sperem vobis fecit evadendi supremi Numinis vindictam?

5. Mi Christiane, quid tu ad hanc concionem? an putas, quod te non tangat? oh quantum falleris! ipsa hirsuta vestis, ipsa zona pellicea, ipsum mel & locustæ, ipsaque vitæ austeritas adhuc hodie tibi prædicant, ac dicunt, in auro & serico, in jocis & cælestibus, in discis & pomis, in otio & voluptate Regnum Dei non posse obtineri! Qui voluerit Joanni cum discipulo, non poterit gaudere cum Christo, exclamavit Chrysothomus serm. 255. Est hæc de vita.

§. II. Magnus in morte.

6. Joannes Magnus in morte! Eo tempore Rex Herodes in impudens luxurie crimen demeritis, excussis naturæ & Dei legibus suomet fratri Philippo uxorem rapuit, cum eaque novus Pluto cum nova Proserpina incestuose non sine totius Regni scandalo vixit. Joannes id officii sui esse ratus, prædicationis vocem ex crebro in aulam convertit, & austeritate, qua debebat, Regi exprobravit. Non licet tibi habere uxorem fratris tui! (Marc. 6.) Quid evenit? Herodes similis erat sumæ: huic si speculum ostenderis, visa sua bestiali deformitate adeo exardescit, ut lapidibus & baculis in

vitium cœvat. Parem in modum Rex, cum sua scelerata obici audiret, adeo exarsit, ut parum abfuerit, quin importunum mortuorum lunus faceret. Sed quoniam illum *metuorati, sciens vitium ipsum, & sanatum*, misit eum in carcerem. Sic fit! Veritas odium parit! Sanctus Stanislaus Cracoviensis Episcopus (Ribad. 7. Mail.) impium Regem Boleslaum de publica libidine arguebat. Quid effectus? odium Regis ita incurrit, ut ipse in foemini Regni conventu Stanislaum coram se accusari curaverit, tanquam pagum inique occuparet, quem nomine Ecclesiæ suæ coemerat. Et quavis Stanislaus Petrum pagi venditorum et mortuis revocatum secum testem in judicium adduxerit, eo tamen excrevere odia, ut Stanislaus in Ecclesiæ orans ab emissariis satellitibus fuerit obruncatus. S. Kilianus Episcopus (Proph. Aug. 8. Julii.) Gosbertum Heripipolem Dacem admonuit, ut germani fratris sui uxorem, quam sibi matrimonio copulaverat, a se separaret. Quid effectus? impia mulier furor succensa, Kiliano diti nocturne mortem machinata est, quam eidem etiam cum Totano Diacono Divinis laudibus vacanti intulit. Sanctus Lambertus Episcopus Trajectensis (Proph. Aug. 17. Septemb.) Pipinum Principem de publico cum Alpaide adulterio, quibus potius modis, revocare laboravit. Quid effectus, paulo post in villa Regia orans ante Altare SS. Martyrum Cosmæ & Damiani per emporio satellites lancea perforatus occubuit. Sicque re vera evenit, quod modernus quidam Concionator enarra: (Engelgrav. Dem. Pass. 52.) Monachus quidam Martyrii desiderio in Turciam profectus intrepide aulam Soldani ingressus est: rogatus ad quid venisset, respondit: veni, ut tibi veritatem predicando mortem inveniam! cui Soldanus? abi, abi ad Principes tuos, quæcilia illis veritatem, & mortem citius, quam apud me invenies.

7. Quia interim Sanctus Joannes in vinculis? nec hilo meliorem fortunam expertus est quam Stanislaus, quam Kilianus, quam Lambertus! illuxit natalis Herodis dies, gratulatum conventit tota aula, editer, bibitur, luditur, vomitur, & nihil non fit, quod Regi placet. Inter alios adest etiam impia Herodias cum filiola saltatrice, quæ in gratiam Regis suæ artis specimen datura, tam leves saltus duxit, ut posset Rex suam impudentiam in filia moribus admirari. Quare adeo ejus amore exarsit, ut in congarium artificiosæ chorizationis illi, quidquid petitura esset, etiam dimidium Regni obtulerit. Quid petit procax foemina? Eheu exhorresco, exclamavit Chrysothomus Homil. 49. in Matth. Quasi de lapidibus loqueretur sacrum Joannis caput offerri possit, & aliorum calumniatoribus honorari cœntendis, in hac rabiosa lupæ, quæ haud satis passim se arbitrat, nixæ innocenter ovieulam sanguinolentis dentibus evileret. Mittitur ergo speculator in

carce

carcerem, qui sanctum Martyrem gladio obruncatus amputatum caput non sine fisa & appropinquata eductum afferret, & saltatrici in manus consignat. O maledicta crudelitas, quomodo invidiosè posuisti hos oculos, hoc venerabile os, hunc sanguinem, qui vindictam adversus te clamat? verum quid nocuisti oppresso, & interfecto Joanni? adeo nihil, ut illum potius exaltaveris! imagine tibi malum granatum, quod nunquam pulchrius est, quam cum culturo scinditur: imagine tibi falicem, quæ nunquam alius crescendo exurgit, quam cum abscissis fructum capitibus truncatur. Videamus, quam gloriose Joannes ex hoc vulnere creverit.

§. III. Et magnus post mortem.

8. Joannes magnus post mortem! Incestuosa Herodias metuens, ne si sacrificium caput trunco corpori conjungeretur, Joannes revivisceret, sollicitè illud tibi retinuit, & in perpetuum, ut opinabatur, oblivionem domi suæ tabulam terram delidit. Ridet hunc eum conatum S. Fulgentius in Marc. 6. v. 19. inquit: *Res est extrema dementia ostisse loquentem, nec metueri iudicantem, quasi idcirco iam non vimeas iudicem, si postea necare præconem.* Interim dum sacrificium caput hic pluribus annis delituit, ipse Sancti Christi Praecursor, prout Rufinus & alii (Beda Metaphast. apud Ribadeneir. 19. Aug.) commemorant, quibusdam peregrinis in urbe Hierosolymitana apparent, illud latibulum revelavit: effusus est et terra sacri capitis thesaurus, qui dein injuria temporum ac bellorum iterum amissus, iterumque prodigiose siveutus fuit, donec tandem Romam allatus sit, ubi in nobili Parthenone ad S. Silvestrum in campo martio summa cum Religione colitur & aservatur, teste Nadasi anno Joan. 29. Augusti & Bonifacio Bagatta tom. 2. fol. 447.

9. Non segnior est reliquis orbis Christiano-Catholicus, qui in veneratione Sanctissimi Baptifte certatim deludat: coronata mundi capita, integra Regna ac Provincia felices se reputant, si vel sacris ejus Reliquiis, vel speciali patrocinio ac protectione potiuntur. Inter has (Ribad. 29. Aug.) est Alexandria in Syria, Dyrcia in Italia, Nola in Campania, Alisium in Umbria. In Insula Malta aservatur dignitas, quod Incarnatum Dei Agnum demonstravit, tantaque devotione colitur, ut super Regna & Coronas asimentur. In urbe Genevensi (Silvius. Petrus in mir. perp. c. 12.) aservantur sacri ossium cineres, qui contra tumultuantis pelagi visum saepe præstanteum fuerunt remedium, tanquam Religione coluntur, ut tota urbe illuminata, explosivæ majoribus tormentis, publica hodie supplicatione circumferantur. In urbe Neapolitana (Nablatatus in Hierul. prodic. 1. 43. 2.) aservatur magna portio sacri sanguinis, qui cum trina vice Sanctum Missæ Sacrificium de decolatione S. Joannis in illo Altari celebratur, e balline, & effervescere incipit. A sacris Reliquiis Splend. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

quis transeo ad ejus cultum ac patrocinium! Prudentissima illa Longobardorum Regina, nomine Theodolinda, & domo Bavaria orum trahens, hoc totum suum Regnum protectionis S. Joannis commendavit, eique Ticini pretiosissimum templum extruxit. (Vossii de Reg. Longob.) Nec sine grandi emolumento; cum enim Orientalis Imperator Constantinus una cum terribili exercitu Italiae immineret, pietentissimus quidam Monachus, qui eo tempore fama Sanctitatis flouruerat, illi indicavit, non esse extirpando Longobardorum Regno in arbe potentiam; quia S. Joannes Baptista illud protegeret, & conservaret. Nobilissimi Equites Joannitæ hunc ipsum Sanctum sibi Protectorem constituerunt, non sine grandi lucro; cum enim urbs Rhodus (Fossii in Vit. Mahomet. II. f. 161.) a Mahomette II. terribili oblatione cingeretur, & in momenta singula Regni & urbis ruina impenderet, subito visus est Turcarum exercitus terga dare, & in fugam effundi: causa conservationis erat, quia Turcæ in aere confenserunt virum pelle camelina indatum coruscantibus armis, & turma militum stipatum. Theodosius Imperator (Nadasii anno Jo. 29. Aug.) hunc eundem S. Patronum elegit, eique magnificam Ecclesiam adificavit, nec sine emolumento; quippe paulo post contra Tyrannum Eugenium indignem victoriam reportavit. Ipsa sacra Romana Ecclesia (idem 24. Jun.) tanta devotione venerata est S. Joannem, ut olim hodierna die, id est in natali illius Sacerdotibus licentiam dederit, tria sacrificia celebrandi, prout hodiecum in Natali Domini moris est. En mi Christiane, quam irritus fuisse Herodias conatus, æterna oblivione supprimendi nome Joannis! nonne reverte ista ipse fuit, quæ quanto fortius percutitur, tanto altius volitat?

10. Est hæc, quam descripto, solum est gloria terrestris, quanto majorem putatis caelestem? ubi necque depidum aspicio terribile Dei iudicium, video ad dexteram Judicis manum intemeratam Dei Genitricem tanquam humani generis advocatam, ex laeva autem S. Joannem Baptistam, supra omnes Sanctorum ordines elevatum, & Christo proximum. Ansam huic piquaræ forsitan dedit ipsa Ecclesia, quæ in Litanis Sanctorum Praecursorum immediate post Christum & Beatissimam Virginem, ante omnes Angelorum & calum choros collocat, dicens: *Sande Joannes Baptista, ora pro nobis*: quæ causa nujus rei? cur illum non annumerat Apollitis tanquam incestuosæ impietatis aculeatorem? cur non Martyribus, tanquam sceleratæ Tyrannidis pro Deo victimam? cur non Confessoribus, tanquam altissimum serum Divinam contemplatorem? cur non Virginibus, tanquam illibatis candoris sine omni 2vo conservatorem? nimirum causam assignat doctissimus Bassius Serm. de Nat. Joan. inquit, S. Joannem supremo loco, Christo & Marie proximum in Litanis collocari, quia solus totam Hierarchiam efficit, & sanctitatem omnium Sanctorum



complectitur: Tria sunt sua secundo, Christus, Maria, & Joannes. Atque adeo similis est Hespero, qui cetera sidera fulgore superat, quia solari lumine pre ceteris proximis conjungitur. Jam ad coronidem.

11. *Epilogus. Eric magnus coram Domino!* Hoc vaticinium fuit Angli de S. Joanne Baptista, revera implem; quia fuit magnus in vita, utpote Angelo similis, & omnes hominum status obligationis sue communis ad Deum convertens! Magnus fuit in morte, utpote in predicata veritate odium glorioso Martyrio coronatus! Magnus denique fuit post mortem, utpote ab universo orbe in Patronum electus, & in calis supra omnes etiam Angelorum ordines sublimatus. Quid exinde sequitur? id fequitur, mi Christiane, ut & tu hunc Sanctorum Sanctissimum in Patronum & Protectorem eligas; hunc certe in finem pulcherrimum hoc facellum e fundo recens extractum, hunc lo finem Sancti Joannis gloria in vita, in morte, & post mortem sibi propositum, hunc in finem hac ipsa pictura additis emblematicis ac similitudinibus, quas in decursu sermonis adduxi, illustrata est; ut ejus Patrocinium invocare, venerari imitari, eumque singulari devotione venerari discas. Quæris, quam devotione S. Joannem coli expediat? Respondeo, hoc tibi ingeret ingeniosus amor! fuerunt & sunt, qui in ejus honorem fe a choris in perpetuum abstinere, quia chorearum causa aut occasione vitam & sanguinem fudit. Fuerunt & sunt, qui ejus amore pudendum luxuria crimen toto corde averfatur & fugiunt; quia illud Sanctus in Herode & aliis utque ad mortem improbavit. Fuerunt & sunt, qui in ejus reverentiam omni, qua pollent, auctoritate conantur, omnia vita, præsertim hoc turpissimum inter suos pervertere, & domi a foris clamare: Non licet! Fuerunt & sunt, qui illum ad mortis fuis horum tanquam defensionem quotidie invitant. Tu mi Christiane, elige ex his, quod maxime allibuerit, certusque esto, beneficentissimum hunc Sanctum obsequia sibi præstita liberaliter compenfuraturum. Monachis in Electoralis aula facello (*Radens in vidua. p. 1. pag. 14.*) pie asseruat incorrupta S. Joannis manus, que olim Antiochie decima quarta Septembris Christiano populo exhiberi solebat, interdum clausis, interdum apertis digitis. Manus clausa signum erat futuræ sterilitatis, & annonæ charitatis: aperta autem erat signum fertilitatis & frugum abundantia, adeoque potest de manu S. Joannis Baptiste idipsum enunciarî quod enunciativ Pfalmita de manu Dei (*Ps. 144.*) *Aperis tu manum tuam, & implet omnia animala benedictione!* O gloriosissime Martyr ac Prophetæ, Magnæ in vita, Magnæ in morte, Magnæ post mortem, eui post diuturnam, ac rigidissimam hyemem nunc campi & agri sterilefcent, crescit de die in diem annonæ caritas, crebescunt hominum ac pecudum ægritudines, aeris tempestas naturæ ordini repugnat, & pejora

adhuc minatur, ubique paupertas, ubique miseria, aperi tu manum tuam, designa nobis optima tempora, fecundas fruges, & segetes, imo manu tua impertri nobis cælestem benedictionem, ut in pace & temporum tranquillitate Deum per te & tecum laudemus ac benedicamus. Amen.

In festo SS. Apostolorum Petri & Pauli.

CONCEPTUS XX.

De Virtute & efficacia Sacramenti Confirmationis contra triplicem hostem, Mundum, Carnem, & demonem.

Beatus es Simon Bar-Jona. *Matth. 13.*

*Sicuti S. Petrus ex arundine in petram & columnam Ecclesie mutatus est, ita & nos Sacramenti Confirmationis roboramus, ut Mundum cum suis divitiis & dignitatibus generose superemus.*

Quam aliam fortitudinis scenam hodie in urbe Romæ intuemur, quam olim in urbe Solymæ conspeximus! Tempore Passionis Dominice Apollus Petrus in atrium Pontificis ingressus, cum ab infirma, abjecta, despecta, & vili ancillula interrogaretur: *Nonne & tu ex discipulis es hominis istius? (Jo. 18.)* metu carceris & securæ mortis, quam paulo ante pro Divino Magistro intrepide fe subiturum jactaverat, mox adeo contremuit, ut Christum impudenter negarit, & hanc eandem negotiationem binis adhuc vicibus repetierit. En! quam fragilis fuerit Petrus in atrio Pontificis: sed & videte, ac obspicite, quam paulo post hæc arundo in inexcussam fidei columnam migravit! In medio Hierosolymorum populo (*Act. 1.*) Jesum Nazarenum, Virum a Deo approbatum, virtutibus & prodigiis clarum publice predicavit, ejus Returfectionem, Ascensionem, & Redemptionem humani generis in die convertit, Simonem Magum prostravit, armatis Principibus resistit, & denique post carceres, flagella, & mille persecutiones generosa crucis morte Magistrum suum secutus est. Quis trepidantem Petrum adeo crexit? quis invictum robur illi adjecit? quis contra omnia pericula inexcugnabilem fecit? Respondeo, fecit gratia Spiritus Sancti, quam in die Pentecostali recepit! ita expresse S. Gregorius homil. 30. in Evang. inquires de Apollolis: *Quales ante adventum Spiritus Sancti fuerant scimus, & post adventum illius cuius fortitudinis facti sint conspeximus.* Dissimulimus in hac Apostolorum fortitudine considerare possumus Virtutem & efficaciam Sacramenti Confirmationis, in quo eandem gratiam recipimus, quam Apolloli in adventu Spiritus Sancti receperunt. Illa dies, qua homini Christiano Sacramentum Confirmationis administratur, (*Adrian. Tab. Cat. p. 3. Infr. l. n. 6.*) est illi dies

dies Pentecostes, quo accipit Spiritum Sanctum, & una supernaturalem fortitudinem, ut publice confitendo fidem, se opponat hæreticis, resistat tyrannis, spernet tormenta, & diabolum sibi subjuget. Id quod confirmans Doctissimus Mieschoviensis in Lit. p. disc. 131. v. 7. de Beatissima Virgine ait: *In die Pentecostes per se Hissum Confirmationis effectum quoad gratiam & characterem sua cum Apolloli suscipit.*

2. *Proposio.* Agite! Perpleximus ultimo, quam potentes sint inimici Mundus, caro, & demon, contra quos per omnem vitam decertare debemus; Jam admiremur prælia & victorias Sanctorum, quas illi contra triplicem hunc hostem mediante Sacramento Confirmationis reportarunt! Nec deerit occasio, cum debita gratitudine laudandi, & benedicendi immenlati Dei Bonitatem ac Providentiam circa nostram salutem; sicut enim, ait S. Melchisedechus Pontifex ep. ad Episc. Hipp. terrenus Imperator, non solum militem sub signis recipit, sed illum in super competentibus armis pugnaturum intriuit: ita Christus Dominus non solum per Baptismum nos in milites suscipit, sed & per Sacramentum Confirmationis ad pugnam armat, & roborat. Favete.

S. L.

3. *Confirmatio.* Primus itaque hostis, videlicet Mundus, prout nuper explicavimus, non tam pugnam, quam decipiendo insidiatur: offendit divitiis, honores, dignitates: inviat ad sceptræ, coronas, & principatus: promittit omnimodam prosperitatem, & longavam sine viliis diem caritatem: Et ecce! nimis credula anima, veluti volucres ad pabulum advolant, in pedicas inciunt, sensim sine sensu in scelerum retia trahuntur, & tandem sua perniciose confirmant. eistam Augustini dicentis Epistol. ad Marc. *nihil esse insidiosius felicitate pecuniam.* O quanto cum pavore Propheta Eliasus ad hanc mundi prosperitatem, virtutis inimicam, contremuit! cum enim propheticum spiritum prævidit, se a Domino Deo ad aulas Principum legatum destinari, ubi a Rege Israel, a Rege Judæ, a Rege Edom, aliisque, summis in honore habendus esset, accessit Magistrum suum Eliam impense rogans, *Flas tu me spiritus duplex tuus!* Quid, an ergo Eliasus Magistrum suum spiritu devotionis, spiritu charitatis, spiritu perfectionis, spiritu prout charitatis superare voluit? Voluit! idque omnidigiorum superare voluit! Quare? Rationem dat Augustinus: Elias ut plarium in paupertate, in perfectionibus, in calamitatibus, in solitudinibus vitam egit; ideo pie ac sancte vivendi difficultatem non habuit; veram Eliasus, quam in palatis regum, in applausu hominum, in æmulatione principum, in divitiis & deliciis erat victurus, merito metuebat, ne nisi duplici spiritu muniretur, cum tepidis peccatoribus, cum frigidis frigece, cum peccato-

ribus peccato, & cum corvis crocitare inciperet. Eliasus duplici spiritu indiguit, ait Hipponensis Præsul l. 2. de Mirab. c. 26. *quia cum magno honore & sacri dignitate vivebat, & prophetia dona habuit.* Quid autem deinde quod habuerit an honor & laudali dignitas obfuit virtuti? utique obfuit, dicente S. Chryfostomo Homil. 24. in Math. op. imperf. *Ipsa felicitas mundallium rerum satis impedimentum est animæ ad iustitiam faciendam.*

4. Quod Eliasus in Veteri, idipsum sancti Deum & salutem suam sincere amans in nova lege certatim fecerunt: relictis mundi rebus & spebus, repudiatis coronis & opimis hæreditatibus, maluerunt in solitudine totum mundo ignoti, quam in domo paterna inter hominum applausus vivere. Quis fuit S. Alexius (*Socrates 17. Jul.*) Nobilis Romanæ urbis Patricius: in ipsa nuptiarum die profugus, sacra Palestine loca, vestigia & sanguine Redemptoris sanctificata, pia peregrinatione coluit, deo Romam reverfus septendecim integris annis incognitus in domo paterna fua scula delituit. Quis fuit S. Pemenius? (*Speranz. script. s. l. p. 21.*) Monachus sanctissimus; cum ab Imperatore Theodosio frequenter inviseretur, & ob vitæ pietatem laudaretur, cellulam suam in interiore Ægyptum inter præruptas rupes tranfultit, ad quas nemi hominum pateret accessus. Quis fuit S. Simco? (*Sanch. Regn. Dei p. 7. c. 2.*) Abbas pietatissimus! cum numerofum populum, & ipsum regionis principem ad fe honoris causa adventantem cerneret, ante cellule ostium federe, & ibique panem & caseum non tam manducare, quam vorare cepit, non alium in finem, quam ut ab adstantibus pro fulto, aut gaurimargo haberetur. Quis fuit S. Juniperus? (*Sanch. ib.*) S. Francisci Seraphici discipulus! cum Romam ingressus ingentem populi multitudinem sanctitatis ejus fama concitum sibi obviam cerneret, mox ibi cum paeris publice globulis ludere & jocari cepit, ut omnem a se imitationem amolleretur. Quæ fuit S. Thabita? (*Sanch. ib.*) femina humillima! in Monasterio aqua & mucido pane contenta adeo semper ad focum in culina delituit, ut nunquam in triclinium ad fores pervenerit: interim eos in sanctitate progressus fecit, ut S. Pictorio Abbati, in sua perfectione plus nimis confidenti celica voce ediceret, quod necdum probatam illius fultæ culinarie attigerit. Taceo S. Ambrosius, Ammonius, Petros Celestinos, Thomæ Aquinatis, & alios, qui supremas mundi dignitates ac mitras ea constantia rejecerunt, qua evandi mundi trofelli eadem ambiunt & amplexantur. Quæ autem virtute homines sancti hunc mundum, & mundana omnia tam generose depexerunt? Non alia, quam virtute Sacramenti Confirmationis; ideo ait S. Clemens 4. ad Julium Julian. Christianum Baptismo regeneratum septiformis Spiritus gratia confirmari debere, *quia aliter perfectus Christianus esse nequaquam poterit, id est talis Christianus, qui non solum præcepta do-*



Minica observet, sed etiam consilia Evangelica sequatur, & per mundum contemptum tendat ad perfectionem Christianam; Ideo hoc Sacramentum a SS. Patribus vocatur complementum Baptismi. S. Cyprianus ep. 73. dicit illud *Signaculum Dominicum, quo Christiani confirmantur*, & S. Urbanus Pontifex c. 1. de consecr. dist. 5. exhortatur omnes Christi fideles ad percipiendum Confirmationem, ut sint ex integro Christiani: Eius verba sunt: *Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, Spiritum Sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inveniantur.*

### §. II. Carnem cum suis blanditiis & voluptatibus.

5. Alter humanæ salutis inimicus, de quo super locuti sumus, est caro cum concupiscentiis & voluptatibus suis. O tristem voluptatem, quæ ordinarie in lucum definit, & gemiscentem celo, & claudente inferno innumerablem animarum ruinam post se trahit! scitis, quo schemate carnis blanditiis omni atrocitatio nocentior mihi imagine! Elau inepito pulmenti desiderio insecutus primogenituræ sui vendidit, parvi pendens jacturam; verum cum postea maturiori judicio perpenderit, quid fecerit, præ dolis & poenitudinis magnitudine inlar leonis fragruit. Sifara avido sole, & prælio fatigatus in domum Jabelis se fugitivus recepit: amice salutaris, lacte pastus, & somno recessus est; verum in somno fratri somni, id est mortis traditus, transacto per tempora clavo miserime interfectus fuit. Samson leonem & hominem victoria clarus, famulari conversatione Dalilam vitæ perens, illi fortitudinis suæ arcana aperuit; verum ab infida muliere capite rufas, & Philistæis proditus, oculis orbatus, ad molim alligatus, & a collapso delubri fornice obrutus miserandus in modum perit. Sic carnis voluptates ante oculos mihi statuo; blandiantium ut decipiant, cum gaudio incipiunt, ut in tragœdiani desinant, mel offerunt, ut sel & abyrium obtendant. Certe Rex David (Psalm. 37.) post degustatas has voluptates lacuose deploravit, quod lambi sui impleti sint illationibus; supra quæ verba Chrysol. in c. 6. ad Ephes. *Res hinc non est voluptas, sed umbra voluptatis, & tantis quidem umbra, quæ ad umbram & tenebras inferni producit.*

6. Quamquam autem hic animæ hostis blande sublarva amicitia ingrediatur, & nescio quam sollicitatem appropinquit; nihilominus illum sanctæ & innocentes animæ cane pejus & angue aversare solent, ita ut potius totum sanctæ aversitatis armentarium in opem vocant, quam eius blanditiis cesserint: luere, qui jejuniis corpusculum ad extremam maiorem redegerunt: fuere, qui hirsutis sanibus, & aculeatis cingulis lumbos ad vivam carnem constrinxerunt: fuere, qui crucentis flagris corpus lacerant, aut in spinis vel nivibus volutarunt, non

alium in finem, nisi ut libidinem feræ una cum vita extinguerent. Lubet intueri generosa id genus certamina? S. Ammonius Abbas (Saneb. Regn. Dei p. 5. c. 8.) semper ferrum candens, & prunas ardentes in focu habebat, cumque inlurgeret tentatio, ferrum basiare, aut manuum inter prunas immergere solebat, sibi ipsi acerbe exprobrans, poteritne me caro habitare cum ardoribus sempiternis, quorum reatum jam per voluptates, quas appetis, concilietur non reformidas? Moaxchorum quidam (Saneb. ib.) & beatis illis anachoretis, qui in primitiva Ecclesia in solitudinibus Deo serviebat, ut angelicam vitam viverent, tamen erga voluptatum, quam incaute appeterat, frequentem tentationem afflictebat: factum est, ut scemina moreretur; & ecce! post aliquod tempus Dei famulus, ut turpem Almodam, de suo regno expugnaret, iterato aribus admoveis sibi ipsi insalutari: age caro mea, cape voluptates, quas deperis: idque tandiu, donec natura ferendo equaliori impar deliquo succubaverit. Nec minor fuit sexus sequioris in hac pugna generositas. S. Margaritha Regis Hungariz filia, (Saneb. ib.) ubi irruptionem Turcarum in suam Monasterium metuisset, amore conservandæ integritatis sibi usum abiecit, & ut idem faceret, subditis Monialibus exemplo, & hortatione perussit. S. Ephrasia Virgo Nicomedensis in lupanar abrepta, (Nicol. Galin. l. 7. tit. 213.) cum a milite, qui ad labefactandam illam advenerat, ad nefas sollicitaretur, promisit illi, quod si integritati suæ parceret, arcana illi aperire vellet, quo compacto ex herbarum succis emplastro invulnerabilis fieri posset. Militi experimentum caputo ipsa suam collum scitis liquoribus inunctam porrigit, hortaturque, ut valido gladitictu in se probationem faceret: paruit miles, vibrat gladium, & uno ictu Virginis caput amputat, quæ hoc actu maluit Virginitatis victimam cadere, quam angelicam animi candorem supra omnes mundi thesauros estimatum perdere. Dies, imo annus defecerit, si eorum nomina vellem omnia recensere, qui mille vitas perdere, quam blandienti carni victas manus dare maluerunt.

7. Quæ jam iterum, qua virtute tam gloriosos triumphos reportatur? Quia Sacramenti Confirmationis; tum quia Christus Dominus hoc Sacramentum cum in finem insinuat, ut ecclesiæ fortitudine non ad pugnam roboraretur, tum quia in hoc Sacramento gratia Spiritus Sancti nobis infunditur; ergo etiam dicit Spiritus Sancti, inter quæ si non precipium, saltem estimabilissimum est donum castitatis.

### §. III. Et donec cum sua tyrannide.

8. Tertius denique humanæ animæ, isque juratissimus hostis, est diabolus, qui non eo contentus, ut diu noctaque indefessus tentationibus

nibus animas perdere fatagat, insuper ut totam credentium multitudinem in orbe extirparet, suam accendi rabiem gentilium Principibus insudit: indicibile est, quanti tormentorum immanitate illi in miseris Christianos infuditus demonis fervore; sicut in toto orbe feræ locus non fuit, qui non Martyrum sanguine innaderet; ita pars corporis nulla erat, in quam non proprio carnificæ genere caritum est. Sæpe ignitis galcis eorum capita contacta, oculi eruti, aures discifera, nares recisæ, excussi dentes, ubera ignitis forcipibus lacerata, viscera conglomerata, artus malleis contracti, totum corpus lenito igne assatum, vivis immaniter detracta cutis, & quia non nisi semel mori poterant, diu saltem lenis supplicis mori coacti sunt. Hac arma fuerunt tam horribilia, ut manibus etiam inermis tractata fortissimum quemque terrere possent. Quid igitur vibrata a Gethis armis sibi? Quidem Imperatores, Mandi Domini isti sunt, aut ceptas perfectiones prosequendo aut novas inchoando. Nona ex his, quam Diocletianus excitavit, mensis uno numeravit Christianorum ad diram lanienam raptorum septendecim millia. Sufficit dicere, promulgatum aliquando toto Imperio edictum (Spondan. an. 303. num. 7.) quo singularis potestas sibi, Christianum quemcumque, quo maxime libuisset modo, e medio tollendi. Unde ea passim strages est edita, ut Ethnicis triumphum cantando ante victoriam, Christianam Religionem in sanguineo mari submeritam esse jactitantes, plurius in locis tropicum creverint, cum hoc lemmate: *Superfluitio Christi usque delata.*

9. Quid autem has persecutionis crudelitate efficit inimicus? Efficit nihil? Vicerunt, non qui bellum morerant, sed qui eo petiti in acie peristerunt: Occisorum multum, pro eo, quod terrent superfluites, animos illis addidit ad simlem laureolum consequendam: sæpe ipsi se sibi artem Judicium tribunalibus, sæpe carceribus se ultro addebant, tripudiabant sub ferali cruce, & bestis objecti, eas, si moderatus levirent, moriendi cupiditate irritabant. Steterunt totis virginitatibus, & pulsanæ ac laniantes vulgas, pulsata, ac laniata membra creverunt, ait S. Cyprianus ad Mart. & Conf. non occultas tantum testis, sed rerum tum gestarum pars non ultima &c. Quis autem sanctis Martyribus invidiam & inexpugnabilem robur subdidit? audacter repto, quod supra dixi, & dico quod repeti: tantum robor illis subdidit SS. Confirmationis Sacramentum. Quo fundamento id affero? fundamento partim eo, quo SS. hoc Sacramentum Divinitus ad hoc institutum esse scimus, ut ad Christianam fidem publice & intrinsece ad mortem usque profectum animemur; ideo hunc in sensum dicit S. Augustinus, tr. 12. in Joann. *Dei*

*nos auxit, quia iudicatos contra diabolum fecit.* Partim illo, quo constat, quod infernalis inimicus contra SS. hoc Sacramentum, implacabiliter odio ardet, & nullo magis quam hoc ipso, in fugam agatur. Lubet hujus rei unum vel alterum exemplum audire? Iulianus apostata (Florus Eximpl. hoc tit. c. 5. Saneb. com. 4. cap. 26.) quondam ad damnationem cultum progressus adoravit & thure coluit simulacra: aderant sacrificio etiam flammæ & aruspices, qui greges pecudam mactare, eorumque infestis feruntur ad erendum aliquid Divinum volebant: Verum infelicit hac vice laborant negotio, agnoscere nihil de futuris, nihilque vaticinationum fundere poterant: turbata, confusa, ac perplexa erant omnia; propterea stupore plenus exclamavit Imperator: Quid agitur Diis contrarium? fugiant ab his sacris: suspicor adesse quemquam de cultoribus Crucifixi, cujus præsentia Dii nostri indignanter: qui lotus & unctus est, abscedat. Ecce! auditio hoc Iuliani mandato, unus ex ejus armigeris in medium profertis, depositis armis sibi: Ego sum, cujus Deus, Christus est: Baptismo ablatus & sacro Christianitate sanctus sum; fugiant vestra numia, absinteat sacrificii a nefandis sacris: vivat & regnet Deus cali & terra. His dictis obstat Imperator, & delubro cum sacrificiis profugit, multique & conferta populæ multitudine abjuratis gentium Diis ad veram Christi fidem transferant, &c.

10. Epilogus. En mihi Christiane! & admire, quam prodigiola fortitudinis SS. Confirmationis Sacramentum animam roborat & confortat! Roborat & confortat, ita, ut homines sancti præ mundi divitiis & dignitatibus paupertatem, solitudinem & contemptum elegerint. Roborat, & confortat ita, ut inter jesania, flagella, & corporis macerationes vivere mulerint, quam inter carnis blanditiis voluptates. Roborat, & confortat ita, ut contra diabolum, ejusque afflatus, tyranos & carnifices intrepide pagantur, atque extreme crudelitatis tormenta potius sustinere, quam a salvifica Dei fide vel latum unguem discedere decreverint. Sed quare forte pro coronide, cur SS. hoc Sacramentum non eadem in modum prodigiosus hos effectus in nobis hodie producat? an fossam debiliorem gratis Spiritus Sancti, quo modo confertur, quam quæ primitivis Ecclesiæ temporibus conferebatur? Habe præsentiam! Proxima occasione audies responsum! Interim ex his quæ dicta sunt, rationem delumere poteris, cur confirmato Patrius adjungatur, nimirum ut inauatur, quanto majus est periculum, tanto magis confirmatum spirituali ductore induerit: sicut enim tyroni & imperito militi adungitur Veteranus, ut per ipsum instruat, & ad pugnam excituletur, ita Christianæ militie tyroni additur patricus, ut per illum ad fortiter cum hostibus animæ suæ pugnam animetur. Propterea sciunt Patris ipsorum



officium esse, fedulam de salute clientum curam & solitudinem habere, eorum incitiam inftruere, vicia arguere, in adversitatibus, & animæ periculis confortare, & ad continuam in fide & virtutum tramite constantiam animare: ipsi enim sunt clienti suo, quod Angelus Raphael juveni Tobie erat; cum Tobias in fluvio Tygri pedes lavaret, exiit immanis piscis, hians gutture cum devoraturus: Tobias timore plene alta voce exclamat: *Domine, invade me, (Tob. 2.)* & quid consilii timido Tobie Angelus Raphael dedit? animavit illum, ut forti animo piscem apprehendat & illum exenteratum in medicinam contra morbos corporis & demonum infestationem adhibeat. Hic piscis Tobiam devorare volens Diaboli figura est: *Piscis diabolum significat*, ait V. Beda, ap. Corn. hic) qui hiant ore, circum, *quærens quem devoret*, inquit S. Petrus, 1. c. 2. Verum quemadmodum Angelus Raphael Tobiam, ita Patris clientis suos animat, ut apprehensa infernalis seductoris branchia, ipsius dolos & fraudes exenterent, & cognita ejusdem fallacia & deceptione omnibus & corporis & animæ viribus contra illam pugnent, &c. &c.

In Feflo S. Udalrici Epifcopi.

CONCEPTUS XXI.

De sacro chryfmate, materia Sacramenti Confirmationis, & ejusque doctrinali fignificatione.

Qui duo acceperat, lucratus est alia duo; qui vero unum acceperat, abiens fodit in terram, & abcondit pecuniam Domini sui. *Matth. 23.*

Sicut famulus cum talentis, ita nos cum gratia Sacramenti Confirmationis negotiari debemus.

Quantã differentia inter utrumque hunc famulum! qui duo talenta acceperat, lucratus est alia duo; & ideo ob suam prudentiam, ac fidelitatem a Domino singulariter laudem ac remunerationem reulit: Qui vero unum talentum acceperat, illud in terra desotum abcondit; & ideo iusta Domini in eorum tem conjectus est, non quia mali aliquid fecit, sed quia bonum facere, & commodum ac lucrum Domini sui promovere neglexit. Idipsum proportionaliter contingere amat in Sacramento Confirmationis: Epifcopus, qui hujus Sacramenti Minister est, nomine Christi & Ecclesie distribuit talenta, id est, septiformem Divini Spiritus gratiam; beati servi illi, qui cum his talentis negotiantur, id est, qui mundum cum suis divitiis & dignitatibus fugiunt, carum cum suis voluptatibus resistunt, contra demonem e jusque tyrannidem generose pugnant; intrantem enim in gaudium Domini sui. Econtra vè illi, qui talentum otiose in terram abcondunt, virtutis & meritorum lucrum nullum faciunt; efficiunt enim in tenebras exteriores. Quares: an ergo obligatio detur suscipiendi hoc Sacra-

mentum? Respondo, non datur quidem obligatio, & si illud per omnem vitam suscipere negligas, non peccas lethaliter, citra contemptum; quia illud in ratione mediæ ad salutem necessarium non est; verum cum tanta fit vis, tanta astutia, tanta potentia inimicorum, qui in salutis semita contra nos praliunt, prout nuper explicatum est, quis sine his armis poterit sperare victoriam: Nemo! Nemo! *Omnia periculum est æterna damnationis* (non ego sic loquor, sed Hugo Victorius 1. 2. de sacri, p. c. 2.) *periculum est, si sine Confirmatione ab hac vita migrare contingeret.* Unde de hoc SS. Sacramento idem sentire licet, quod in Vita S. Udalrici legitur: Henricus Otronis Saxonie Ducis filius in Regem electus (*Baronius ad an. 119. fol. 790. P. Carib. Romæ. fol. 131. nu. 23.*) unctiorem & benedictionem Episcopalem admittente renuit: ea igitur tempestate S. Apofolorum Princeps Petrus apparuit S. Udalrico, ostendens illi geminos gladios, unum cum capulo, alterum sine capulo, addiditque: *Die Henrico Regem, & eius qui sine capulo est significat Regem sine benedictione Pontificali; capulatus autem illum, qui cum benedictione Divina regni tenet gubernacula.* Eundem in modum imaginor mihi differentiam inter Christianum confirmatum, & non confirmatum: ille ad pugnam intulit, ille autem foriter armatus est.

Oleum enim & balsamum duplice obligationis ammonent Christianum.

2. *Proposito.* Agite, Christiani mei, postquam Sacramenti Confirmationis virtutem & efficaciam contra salutis nostræ inimicos explicavimus, jam ulterius progressi de illius materia & forma loquamur: quænam est materia Sacramenti Confirmationis? est sacrum chryfma? ex quo conficitur chryfma? est oleo & balsamo per Episcopum benedicto? quid nobis utrumque doctrinaliter insinuat? Attendite. Favete!

S. I. Oleum ut foriter pugnet.

3. *Confirmatio.* Sicut aqua naturalis est materia Baptismi; ita chryfma, quod est unguentum ex oleo & balsamo confectum, atque ab Epifcopo consecratum, est materia Sacramenti Confirmationis: consecratio autem oleorum fit ab Epifcopis die Joris sancto; quia illa die, sicut ex traditione Apofolorum nos docet Fabianus Papa, ap. Ardiam l. c. instr. 2. n. 2. in ultima cœna docuit Re-temptor Apofolos conficere chryfma ejusque hujus Sacramenti Ministros constituit. Hæc sancta Sacramenti materia per omnem retro Christianitatem summa in veneratione fuit; nam S. Dionysius Areopagita vocat illud *Sacrosanctum Chryfma*: Optatus Milevitanus *Chryfma celeste*, Concilium Ludovicæ *Oleum Divinum*, alii aliis præconis illud honorarunt. Quin imo quanti illud a Christiano populo astiturandum sit, nonnunquam Deus luculentis prodigiis comminavit. Perfidii Danti-

Re

sz hæretici (*Opus. Millevit. ap. Ar. l. c.*) ex contemptu vasculum sacro chryfmate plenum e fenestra proejectunt, & ecce! advolantes Angeli illud tam leni manu exceperunt, ut ab icu illatum, integrumque inter saxa reptum fir. Sancti Ethehwodi Wintoniensis Epifcopi Clericus (*Surius Tom. 4. 2. Aug.*) ampullam, in qua aliquot sacri chryfmatis gutturæ pro administrando Confirmationis Sacramento asservabantur, in itinere amisit: repetens igitur viam, & sacrum thesaurum quaritans, reperit illum, sed non in pristino itinere; quippe loco aliquot guttularum vasculum totum divinitus repletum fuit. Cum S. Clodoveus Galliarum Rex post sacramentale lavacrum sacro chryfmate unguisset, non potuit facere, quod illud ferebat, ob immensam conferti populi multitudinem transire. Afflictus propterea S. Præful Remigius oculos levabat in celum, & ecce! vidit descendentem columbam nive candidiorem, quæ ampullam sacro chryfmate plenam rostro portans, illamque in manus S. Remigii deponens disparuit. Quid voluit Deus his prodigiis? voluit fidelibus affirmationem sacri chryfmatis inculcare, & hæreticis, qui illud criminantur, suam impudentiam exprobrare.

4. Primum igitur ingrediens, ex quo SS. chryfma conficitur, est oleum olivarum ab Epifcopo consecratum. Et quare oleum? ut Christus Dominus per analogiam hujus materie in ipsa statim institutione significet, quod hoc Sacramentum in ordine supernaturali eandem virtutem habeat in animam, quam oleum in ordine naturali habet in corpus. In primis oleum ungit, & unguendo vires corroborat; ideo olim athletæ & monachis, cum ad pugnam in arena vocabantur, ad confortandas membrorum vires oleo se ungerent, & oleo caput perfundere solebant. Eundem effectum operatur Sacramentum Confirmationis in anima, prout desumi quodammodo licet ex forma sacramentali, qua Epifcopus frontem confirmati sacro chryfmate inungens dicit: *Signo te signo crucis, & confirmo te chryfmate salutis in Nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Amen.* His verbis Sacramentum dat Christi athletis invictam fortitudinem contra mundum, carnem & demonem, ita ut potius parati sint, vitam, lumam, fortunam, sanguinem crudelissimo mortis genere perdere, quam a sanctis fidei dogmatibus, virtutibusque semita vel latum unguem recedere. Exemplum hujus rei habemus in sanctis Apofolis: illi, qui antea ad unius ancille allocutionem Christum negarunt, postea armatos mundi principes non expaverunt: qui in adium latebris ex metu judæorum fe occultarunt, postea in publico foro, & plateis Christum prædicarunt: qui ad levis venti statum velut arundines tremerunt, post acceptam Spiritus sancti gratiam tanta magnanimitate animati sunt, ut tyrannos, carnifices, cruce, equuleos, totumque crudelitatis armamentarium non reformidarint. Exemplum hujus rei habemus in Principe Apo-

stolorum Petro, qui Spiritus sancti gratia confirmatus e dono illa privata, in qua dia delinuit, in publicum urbis Hierosolymitana forum proficiens, lingua omnibus gentibus intelligibili pro sui Magistrum gloria peroravit, & ex concione tria hominum millia convertit. Exemplum hujus rei habemus in S. Apofolo Paulo, qui Sacramento Confirmationis in urbe Damasco initiatus, cum antea fuerit immanissimus Ecclesie persecutor, postea tam ardenti animarum zelo fuit inflammatus, ut verbera, flagella, naufragia, famem, sitim, adversitates, persecuciones, omneque tyrannorum livorem ex amore Jesu Christi contempserit. Exemplum hujus rei habemus in SS. Martyribus, qui Spiritus sancti gratia roborati, teste Gregorio Nazianzeno, 11. 20. de Machab. *verbera velut stramonii presertim, ludibria & verbera experti, insuper se vincula & carceres, lapidati, scelci, in occisione gladii mortui sunt, (Hebr. 11.)* tanta fortitudine, ut potius torques quam martyres lassati, & isti alacrioris fuerint ad vulnera recipienda, quam illi ad inferenda. Exemplum denique habemus in SS. Confessoribus, qui Spiritus sancti gratia in hoc Sacramento roborati, inaudita generositate mundi blanditiis, & carnis voluptates despexerunt, atque in sylvis, in solitudinibus, in eremis, in specubus mira vite austeritate, ac corporis afflictatione Christum secuti sunt. Quæro jam cum S. Gregorio 1. 4. Mor. unde tanta in tormentis fortitudo? unde tam generosis mundi contemptus? unde ignis amoris? unde fervor fidei? Et respondeo cum eodem S. Doctore: *Ab illo Spiritu, qui omne desiderium sanctum inspirat, cujus gratia in Sacramento Confirmationis infunditur.* Propterea in fine mundi Antichristus omni, qua poterit, arte impediens, ne hoc Sacramento muniantur Christiani, ita, tamque illius astutia habebit successum, ut teste sancto Vincentio Ferrerio, ferm. 2. Dom. 3. quadr. illi qui solum baptizati sunt, fidem abnegaturi sint, ubi e diverso sacro chryfmate inuncti magno illum animo defendent. Et defacto recenlet Eusebius, lib. 6. c. 35. Novatum hæresicham non alia de causa, quam quod cum indignatione hoc Sacramentum recularit, non solum a demonio oblectum, sed ad vifa tormenta eo etiam timore correptum fuisse, ut abjectissima pusillanimitate & sacerdotem, & Christianum se esse negarit.

5. Altera proprietas olei est, quod ardet, & luceat: Idipsum in anima hominis etiam operatur Sacramentum Confirmationis; ignem charitatis & lucem fidei in se conservat, errorum caliginem dissipat, & hereticum tenebras dissipat. Si diabolus in corde tuo, mi Christiane, infidelitatis noctem, aut pusillanimitatem usque ad apofthasias & defecciones excitare vult, hoc Sacramentum accendit tibi lumen fidei, & ostendit illa Christi verba, (*Matth. 20.*) *Qui me negaverit coram hominibus, negabo etiam eum coram Patre meo.* Si diabolus in corde tuo excitet tenebras injustitiam, & te invitet ad lucrum inju-

flum,



